

haberentur, qui de futuris contingebus, successibus, fortuitive casibus, aut in actionibus, quae ab humana voluntate pendunt, certo aliquo eventum affirmare audent, praemissis tamen iudicis, & naturalibus observationibus, quae navigationis, agriculturae, sive medicae artis juvanda gratia conscripta fuerint, libros vero omnes, & scripta geomantiae, necromantiae, sive in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicae, & praesens rejici, & aboleri curarent, non tamen errorum, coarctationum, delictorum, & abusu praedictorum extirpationi usque adeo provicium est, qui in etiam adhuc in nonnullis locis, & apud plurimos, curiosius vigant, cum valde frequenter, detestis diaboli insidii divinationum, & sortilegiorum, & variorum superstitionum omnia plena esse in dies detegantur.

§. 3. Nos igitur, qui pro Nostro Pastoralis Officii munere Fidei integritatem inviolatam conservare debemus, & animatum saluti prospicere, quantum Divina Gratia adjutrice possumus, ex paternae charitatis visceribus optamus, damnae, & reprobandae omne genus divinationum, quae diabolo auctore ad fideliu deceptionem a praedictis curiosis, vel perditis hominibus fieri solent; Cupientes praeterea sanctam illam Christianae Religionis simplicitatem, praesertim ubi agitur de somma Creatoris Dei potestate, sapientia, & providentia, ab omni erroris lae integram, & providentiam, ut par est, retineri volentes quomodo praedictae falsae credulitati, ac hujusmodi illicitarum divinationum, & superstitionum, derestabilis studio, & execrandis flagitiis, atque impuritatibus occurrere, ut de christiano populo merito dici possit, quod de antiquo Dei populo scriptum est: Non est augurium in Jacob, neque divinatio in Israel. Hac perpetuo vultura constitutione Apostolica auctoritate statutum, & mandatum, ut tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscumque dicitur astrologiae artem, praeterquam circa agriculturam, navigationem, & rem nauticam, impostorum exercentes, aut facientes judicia, & naturas hominum, quibus de futuris contingebus successibus, fortuitive casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid eventum affirmare audent, etiamsi id se non certo affirmare asserant, aut protestentur, quam contra alios utriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas, divinationis artes, sive scientias exercent, profitentur, & docent, aut discunt, quae hujusmodi illicitas divinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac praemissa detestanda scelera, & delicta, ut praefertur, faciunt, & aut in eis se quomodolibet intromittunt cuiuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tam Episcopi, & Praelati Superiores, & alii Ordinarii locorum, & quam Inquisitores haeretice pravitatis ubique gentium deputati, etiamsi in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant, & procedant, atque in eos severius Canonice puniant, & alii eorum arbitrio animadvertant.

§. 4. Prohibentes omnes, & singulos libros, operum, & tractatus hujusmodi Judiciae astrologiae, geomantiae, hydromantiae, pyromantiae, onyromantiae, chromantiae, necromantiae, artis magicae, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac ut supra in memorato Indice interdictos sub censuris, & penis in eo contentis a quibuscumque Christianis delictis legi, aut quomodolibet retineri, sed illos Episcopis, & Ordinariis locorum, vel Inquisitoribus praedictis praesentari, & consignari debere; & nihilominus eadem auctoritate statuiamus, & mandamus, ut contra scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta hujusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter idem Inquisitores libere, & licite procedant, ac procedere, & penis condignis punire, & coercere possint.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & Ordina-

tionibus Apostolicis, & ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Ut autem praesentes nostrae litterae ad communi omnium notitiam facilius deducantur, jubemus illas in Valvis Basilicarum S. Jo. Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, & ac in actibus Campi Florae affigi, seu appendi, eisque detractis ipsarum exempla etiam impressa eisdem in locis affixa relinquuntur.

§. 7. Et insuper universis, & singulis venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, locorum Ordinariis, & Praelatis, nec non Inquisitoribus haeretice pravitatis ubilibet constitutis, per haec committimus, & in virtute Sanctae Obedientiae districtè praecipiendo mandamus, ut per se, vel alium, seu alios eisdem praesentibus Litteris, postquam eas receperint, seu earum notitiam habuerint, in suis, & singulis parochialibus ecclesiis, dum in eis populi multitudo ad divina convenit, deinde vero semel in anno, & quoties eis expedire videbitur, vulgariter sermone publicent, aut publicari faciant.

§. 8. Quia vero difficile foret praesentes litteras ad singula quaeque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus ut earum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac parvo sigillo Sanctae Romanae, & universalis Inquisitionis, aut alicujus Praelati, vel Curiae Ecclesiasticae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique locorum adhibeatur, quae eisdem originalibus litteris adhiberetur, si essent exhibita, vel ostensa.

Nulli ergo etc.

Dati Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae 1586. Nonis Jan. Pontificatus Nostri anno 12.

Sortes consultoriae sunt illae, quibus a Deo postulat occulte veritatis manifestatio, aut incipit consilii alicujus directio. Haec sortis non sunt illicite, nec prohibita, si Dei jus, aut instinctus fiant, de quibus Proverb. 16. expresse dicitur: Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur; Tales enim sortes consultivae saepe factae leguntur in sacris litteris, ut in investigatione furis Abrah. Josue 7. in electione Saul 11. Reg. cap. 10. in electione Matthiae. Ador. 2. cujus electionem signo visibili a Deo demonstratam fuisse testatur S. Dionysius lib. de Celsis Hierarch. cap. 5. n. 2.

Sortes divinatoriae sunt illae, quae adhibentur ad dividendas res, seu haereditates, inter plures, vel ad dirimendas lites, & controversias, & hujusmodi. Et istae sortis per se male, & illicite non sunt, sed saepe sunt bonae, ac utiles, juxta illud Proverb. 18. Contradictiones comprimit sortis, & inter potentes quoque judicari. Unde de Jure communi in iudiciis, & sententiis proferendis locus datur sorti, l. Sed cum ambo 14. ff. de iudiciis; Siquae si plures, quibus optio alicujus rei fuit relicta, discordant in eligendo, sorte dirimitur lis; l. Si duobus 3. Cod. Communia de Legatis, & concordat l. Judaei 8. Cod. de Judaeis, l. Quoties 4. Cod. de privileg. scholar. l. Meminitus 2. Cod. Quando, & quibus quarta pars, l. Denuntiatio 17. §. 6. ff. Ad Leg. Jul. de adulter. l. Si quae sunt §. ff. Familia Ereosum, leg. Generaliter 25. §. 10. ff. De Fideicommissis. Libert. leg. At Praetor 10. §. 1. ff. Quae in fraudem crediti. Novella 162. cap. 3. §. 5. Optionis 25. Instit. de Legatis. (Vide leg. 26. tit. 9. p. 6. quae quidem cum leg. Si duobus 3. Cod. Communia de legatis convenit absolute: Vid. etiam lit. E pag. 172. in notis. & verb. Sortes.)

Dictarum autem sortium usus est omnino prohibitus in electionibus ad prelaturas, & officia ecclesiastica, seu electio per sortes ad prelaturas, & officia ecclesiastica est illicita, & absolute prohibita. Communis, textu expresso in cap. Ecclesia vestra 3. de sortilegiis, ibi: Sortis usus in electionibus perpetua prohibitione damnatus, & concordat cap. Quia propter 42. de electione, ubi omnis electio aliter facta, quam per formam scrutinii, compromissi, vel inspirationis, declaratur nulla. (Vid. verb. Electio, & cum eo leg. 17. 19. 20. 21. tit. 5. p. 1.)

Sortilegi, seu divinatores, & magi, de jure canonico,

co, si Clerici sint, ab officio, & beneficio deponi, & in arcem monasterium (hodie in perpetuo carceres) detrudi debent; r. Non oportet 4. c. Si quis Episcopus §. 6. Aliquantis 6. caus. 26. q. 5. Et insuper Magi degradandi, & curiae seculari tradi debent, cap. Admonent 15. caus. 26. quae 7. & ad id speciales Pontificiae constitutiones habentur, & signanter const. Innocent. VIII. incip. Summis; Leonis X. incip. Honestis; Greg. XV. incip. Omnipotentis; & Sixti V. incip. Coeli, & Terrae.

Sortilegi vero, seu Divinatores, & Magi Laici de jure canonico, si servi, seu viles existant, verberibus, & cruciatus castigandi sunt; liberi autem, ac honestiores in perpetuum carcerem sunt relegandi, cap. Contra Idolorum cultores 10. caus. 16. q. 5. Immo si contumaces fuerint, debent etiam excommunicari, cap. Admonent 15. caus. 26. q. 7. Et insuper possunt ab Episcopo deonestari, & de iocosis ejici, cap. Episcopi 15. caus. 26. q. 5. Et ratione magiae tradi possunt Curiae Seculari severius juxta suas leges puniendi, per cit. Pontific. const. Innocent. VIII. Leonis X. Gregor. XV. & Sixti V.

Sortilegi, seu Divinatores, & Magi, tam Clerici, quam Laici, sunt infames, ideoque a testimonio, & accusatione repelluntur, cap. Constitutum 9. caus. 3. q. 5. Et si exercent sortilegia, seu divinationes, ac magias, quae haerem sapiant, ut invocando demone per preces, & sacrificia, eique tribuendo quae soli Deo competunt, ex const. Joann. XXII. incip. Super praesentibus sunt puniendi, sicut penes, quibus puniendos esse haereticos diximus sub verb. Haereticus. Vide ibi, & citatas Pontificias constitutiones.

Sortilegi, seu Divinatores, & Magi de Jure civili puniuntur poena publicationis omnium bonorum, & ultimis supplicii, etiam aliquando per ignem inferendi, leg. Nullus 3. c. l. Nemo §. Cod. de Malef. Ex constitutionibus autem Caroli V. qui per magiam aliis damna inferant, igne cremari, qui autem sine damno magiam exercent, poena arbitraria etiam ultimi supplicii pro diversitate circumstantiarum puniri jubentur. Eng. lib. 5. Decr. tit. 21. Reiffenst. ibid. num. 17. Vide infra num. 78.

Judex ecclesiasticus punire potest Sortilegos, seu Divinatores, & Magos etiam Laicos, Abbas in cap. In talibus 1. num. 3. de sortilegiis, Pirhing. lib. 3. Decretal. tit. 21. num. 19. Reiffenstuel ibid. num. 19. Julius Clarus §. Haereticus num. 25. & ipso teste Communis alicujus, arg. cap. Contra Idolorum cultores 10. caus. 26. q. 5. & expresse Judicibus ecclesiasticis hanc facultatem etiam in laicos tribuerunt Adrianus VI. const. 2. incip. Dudum; & Sixtus V. const. 17. incip. Coeli, & Terrae; statuente tales Sortilegos, seu Divinatores, & Magos, atque similes etiam Laicos posse puniri ab Inquisitoribus. Vide infra num. 79.

Vana observantia est superstitio, quae adhibetur media inutilia, & improporionata ad aliquem effectum obtinendum, vel impediendum, ad quem nec a Deo, nec a natura ullam vim habent, nec sunt ab Ecclesia ad id ordinata. Est in re Communis.

Vana observantia differt a divinatione per hoc, quod divinatio primario, & per se ordinatur ad speculationem alicujus occulti, seu futuri cognitionem; vana observantia autem totaliter ad cognitionem practicae aliquid agendo, vel omitendo. Sic Doctores Communiter.

Species praecipuae vanae observantiae sunt tres, scilicet Ars notoria, Observantia sanitatum, & Observantia eventuum; Ad has namque reducuntur omnes aliae species Vanae Observantiae, sive fiant cum expressa, sive cum tacita, aut implicita Demoni invocatione. Sic in re Doctores Communiter.

Ars notoria est superstitio, qua per quasdam ignotorum verborum precatones, per certa aliqua jejunia, per certa aliqua signa, & alia hujusmodi prorsus inutilia media expectatur scientiae infusio, seu acquisitio absque aliquo studio; hac arte utuntur potissimum Anabaptista, qui profane coena suae sumpto poculo

statim in instante aliquando scientiarum, & scripturarum antea penitus ignotarum notitiam consequuntur, ipsas memoriter recitant, sacras etiam Scripturas se intelligere existimantes, de ipsis tanquam periti discunt, domone semper verba suggerente, vel per se ipsorum loquente, ipsosque sic demerant, ut sepe evenit, quod Catholici per exercitios scientiam illam cum magna eorum confusione ipsis radiant; Et sic abjecta sua falsa secta ad veram Catholicam Fidem convertantur, statim ad pristinum ignorantiam redeunt, ut de multiplica experientia testantur passim Doctores.

Quae de Anabaptistis, secundum Auctorem nostrum testantur passim Doctores, tacent historici, veluti Bossuetius, Dupinius, Pleurius, immo inter fanaticos recensent Anabaptistas.

Observantia sanitatum est superstitio, qua media inutilia, & inutilia adhibentur ad sanitatem hominum, aut brutorum conservandam, vel recuperandam. Sic in re Communiter. Sic hujus superstitiosis rei evadunt, qui certa ignota nomina, certa determinata verba, certos characteres, certas scripturas, certa involucria, certa signa, certum numerum Crucium, & Orationum, & alia hujusmodi inutilia adhibent, & applicant ad sanandas infirmitates, ac curanda vulnera, ad mitigandos dolores, ad sistendum sanguinem, ad se, vel alios reddendos impenetrabiles, seu invulnerabiles telis, ensibus, globorum ictibus, ut sint immunes ab hostium laesionibus, & ab omni infortunio, & qualibet infirmitate liberi, quia supradicta omnia, & similia, nec a Deo, nec a natura, nec ab Ecclesia sunt ad id ordinata, & consequenter si id interdum eveniat, non nisi a demone per tacitam ejus invocationem evenire censetur. Immo hujus superstitiosis rei sunt etiam illi, qui res sacras gestant, v.g. reliquias, ornos benedictas, agnos Dei, evangelium S. Joannis, & hujusmodi, seu pias preces, aut Sacra Scripturae versus recitant, si ab illis sanitatem, aut alium hujusmodi effectum infallibiliter expectent, quia cum praeter Sacramenta, & Sacramentalia nihil sit ex sacris rebus, & verbis, quod effectum habeat infallibiliter, qui illum sic expectant, non nisi a demone per tacitam ejus invocationem expectare censendi sunt.

Aliud autem esset, si per verba Sacra, per Reliquias, per Cruces benedictas, per Agnos Dei, & hujusmodi supradictos effectus cum fiducia, & non cum infallibilitate exposcerent, tunc enim esset res pia, & non superstitiosa; & de facto leguntur in libris asceticis exempla plurima Idolorum, qui similibus verbis, & rebus sacris fuerunt preservati a lethalibus vulneribus, liberati a doloribus, & sanati ab infirmitatibus. Unde si quis ex talibus exemplis animatus per similia verba sacra, per Reliquias, per Agnos Dei, & hujusmodi pia invocatione Sanctorum speret a Deo consimiles effectus obtinere, dummodo non credat infallibiliter a Deo sibi deberi sic concedi, non est peccati damnandus, ut notant passim Doctores.

Hinc juvat adducere, quod refert Felix Poestas rom. 2. p. 2. num. 247. quod nempe Panormi est dedicata Ecclesia septem praecipuis Archangelis, qui adstant ante Deum, Beato Amadeo revelatis, quorum nomina ibi, & in Cathedrali in saeculo Archiepiscopi Hajedi sculpta sunt, Michael Victoriosus, Gabriel Nunius, Raphael Medicus, Uriel Fortis Socius, & Gabriel Remunerator, Barachiel Adjutor, Sealcil Orator. Ceterum sola priora tria sunt de Fide, quia habentur in Sacra Scriptura; Quartum nempe Uriel non est de Fide, sed magis auctoritatis, quia habetur in lib. 4. Esdrae cap. 4. ibi: Et respondit ad me Angelus qui missus est ad me, cui nomen Uriel: Qui liber licet sit extra Canonicos, fuit tamen ipsis libris Sacris, & Canonice jussu Sixti V. annexus, ut de facto reperitur impressus in fine Sacrae Bibliae vulgatae Editionis Sixti V. jussu recognita, & Clementis VIII. auctoritate editorum.

Observantia eventuum est Superstitio, qua quis ex cuiusdam rei impertinentis occursu bona, vel mala sibi, aut aliis eventura ominatur, & inde actiones suas di-



dirigit obsevans facta, verba, loca, dies, tempora, occursum hominis, cadaveris, animalis, garrum aviculae, & hujusmodi. Ita in re Communis.

54 Unde hujus superstitiosus rei evadunt, qui in ludo mutant locum, aut chartas ad evitandam malam ludi fortunam: Qui ferunt lignum particulare ad lucrandum in ludo: Qui nolunt adire convivium, in quo cum suis intervenit sint tredecim, eo quod unus certo credatur brevi moriturus, uti è tredecim convivis in ultima Cena unus mortuus est, Christus scilicet, aut Judas. Qui in nocte S. Joannis orant, ut in somno appareant illi, quibus nubere debeant. Qui credunt se non ducturos uxorem eo anno, quo coram se ignis fuit cooperatus cineribus. Qui scopas invertunt, ut mulier, de qua suspicantur, quod sit saga, si talis sit, abire non possit nisi gressu averso, seu cancrino. Qui certam schedam affigunt januae, ut ad eam cogatur venire fur. Qui cum gallina instat galli cantat, credunt malum imminere. Qui credunt prænuntiari alicui mortem, vel infortunium, dum avis mœstum canit, corvus crocitat, lepus occurrit. Qui aliquid infaustum merunt, si videant quos Sacerdotes simul elevantes hostiam in missa. Qui credunt gallinas fore liberas ab accipitre, si primum suum ovum detur pauperi. Qui conservant ova die Parasceve à gallinis exclusa ad extinguendum incendium, & sic de aliis fere infinitis similibus superstitiosis, quæ ad longum adducuntur à doctissimo Patre Gobat tom. 3. part. 4. de Superstitiosis, per tot. & ibi brevitate gratia videnda relinquuntur. Unde sufficiat hic trahere ex communi Doctorum quasdam regulas generales, ex quibus facile cognosci potest, quænam sint veræ superstitioses, & quædam sint mortales, vel veniales.

55 Regula prima. Quoties tribuitur, seu creditur inesse vis aliqua rebus, verbis, factis, signis, figuris, characteribus, & hujusmodi ad aliquid effectum, ad quem talem vim, nec natura sua, nec à Dei, vel Ecclesie institutione habent, semper est Superstitio.

56 Regula secunda. Quoties preces, characteres, signa, aut ignota sunt, aut vana, vel frivola, vel falsa; aut si nota, bona, & sancta sint, sunt tamen eis admixta circumstantia, certi modi, numeri, temporis, loci, personæ, & alia vana, inutilis, & omnino impertinentes ad talem effectum, qui intenditur, semper est Superstitio.

57 Regula tertia. Quoties ex rebus, verbis, factis, scriptis, signis etiam de se bonis, & sanctis promittitur, & creditur infallibiliter obtinendum effectum intentus, & aliunde neque ex Dei, neque ex Ecclesie institutione inest ipsis illa virtus infallibiliter præstandi talem effectum, semper est Superstitio.

58 Regula quarta. Quoties res sacræ adhibentur ad effectum vanos, & inutilis, aut signa, seu res vana, vel inutilis adhibentur ad effectum qualemcumque obtinendum, est semper Superstitio. Deus enim non immiscet se rebus vanis, & ridiculis, adeoque effectus non potest expectari, nisi à demone.

59 Regula quinta. Quando prudenter dubitatur, an effectus productus proveniat à naturali occulta vi rei, vel an à vi Superstitiosa, & Diabolica, potius judicandum est esse à vi naturali occulta rei, adeoque non esse Superstitiosum: Miræ enim sunt naturalium causarum virtutes, præsertim herbarum, lapidum, & hujusmodi, etiam viris doctissimis incognitæ; adeoque licet nobis sit virtus illa ignota, vel dubia, non est à nobis statim censenda superstitiosa, donec resciat non esse à virtute naturali occulta, cum in tali dubio simus in possessione Juris ad utendum hujusmodi rebus. Consulunt tamen Doctores cuilibet, qui ejusmodi re dubia uti vellet ad aliquid effectum, ut expresse protestetur, si ulla vis diabolica inibi insit, nolle se effectum consequi.

60 Regula sexta. Quando certo probabiliter constat rem applicatam ad effectum aliquem non habere ullam vim naturalem ad illum causandum; Dubitatur tamen an habeat vim à Deo, vel à demone, censenda est Superstitio saltem ex pacto implicito cum demone. Nec in tali

casu, ubi constat certo de inefficacia rei, seu medio- rum, prodest protestatio, cum sit contraria factio.

Regula septima. Quando ab aliquo homine bona fama magnique ingenii aliquid mirum efficitur potius censeri debet fieri naturaliter, vel supernaturaliter, quam superstitiose, & diabolice: Nemo enim præsumendus est malus, nisi probatur talis. cap. Incunctis 52. causa 11. quest. 3. cap. Mandata 6. & cap. Dudum 16. de præsumptionibus. (Vid. verò. Monitorium num. 59.) Tam quia quandoque etiam maxima Sanctitas operantis, vel alia urgentissima indicia suadent aliquid fieri supernaturaliter, & per miraculum, Deo per Sanctos suos operante.

Regula octava. Pro vere Superstitiosis, aut saltem valde suspectis mediis ad aliquid obtinendum, vel impediendum, habenda sunt omnia illa quibus tanquam necessariis adhibenda sunt, seu admittentur, circumstantia vana, inepta, & ridicula.

Regula nona. Omnis superstitio, qua fit cum pacto expresso cum demone, seu cum expressa invocatione ejusdem, aut voce, aut signo, aut ipso facto, adhibendo scilicet signa, que quis scit à demone esse instituta, ac ipsum per illa operari, sive deinde secum ipso, sive cum alio convenia sint, est semper peccatum.

Regula decima. Superstitio, que fit cum pacto implicito tantum cum demone, seu cum implicita tantum, & tacita invocatione ejusdem, quomodo ex genere suo sit peccatum mortale; ex simplicitate tamen vel ignorantia culpabili, sed tamen levi, & non crassa, seu affectata, & simplici curiositate, ex levitate actus, ex defectu integræ credulitatis, seu certa Fidei, frequentissime redditur solum veniale. Si enim fiant actiones de se superstitiosæ, ex simplicitate, vel ignorantia etiam vincibili, non crassa, nec affectata, sunt quidem ex defectu requisitionis debite, culpabiles venialiter, in re mortaliter. Item non mortaliter peccat, qui in re levi utitur signo, vel medio superstitioso habito ex sola curiositate exercendi causa, verbis gratia semel, vel iterum faciendo annulum moveri super filum, aut alibi ad latera vasis. Item non peccat mortaliter, qui utitur similibus signis, rebus, seu verbis, aut characteribus solum ex levitate, joci, vel risus causa, nullo expectato eventu, qualia multa jocosa fieri solent in certis vigilis; tunc enim non est vera superstitio, quia licet supradicta instituta sint à demone, si tamen joco, & non serio expectandum eventum, usurpentur, irratio potius est, quam invocatio demonis. Item non peccat mortaliter, qui absque integra credulitate, seu certa fide, & vana solum formidine in agendis, vel cavendis observat hujusmodi vana signa, & alia similia, cum non videatur gravis deordinatio aliquid operari, vel cavere ob metum vanum conceptum ex somniis, ex sternutatione, auris tinnitu, cantu corvi, vel noctuæ, occurrence vulturis, seu leporis, & hujusmodi absque certa fide.

Maleficium (quoad à male, & factio dictum est) est superstitio, qua per certa signa & media, opera, & potestate demonis proximos, vel in se, vel in suis nocumentum inferitur. Ita in re Communis.

Maleficium est duplex, nempe Veneficum, & Amatorium; Communis.

Maleficium Veneficum est illud, quo per certa hujusmodi signa, vel media ope demonis hominibus in ipso corpore, vel in rebus suis nocumentum inferitur, & hoc utuntur malefici, ut reddant homines infirmos, proles languidas, pecora morbida, feminas steriles, & conjuges impotentes ad inter se coendum, quod communiter maleficium ligaminis appellatur; Item ad afferendas non semel mortes pueris, & hominibus, & animalibus; Item ad causandas tempestates, pluvias immodicas, ad destructionem fructuum, & ad alia gravissima hominum damna. Maleficium Amatorium est illud, quo per certa hujusmodi signa, vel media, ope demonis immutatio in affectibus causatur: Et hoc utuntur Malefici ad excessivos, vel impotentes amores carnales excitandos seu è contra ad capitalia odia, præsertim inter conjuges causanda, demone hominum phantasiam commovente, nihil tamen agente in voluntatem. Dicitur autem

maleficium simpliciter amatorium à potiori parte, seu principaliori animæ, videlicet amore, & casu frequentius contingente.

69 Numquam licet maleficium solvere novo maleficio, nempe applicando novum signum magicum, quo demone moveatur ad novum aliquid operandum ad prius maleficium tollendum. Sicque non licet petere, vel jubere Magum, aut sagam, ut maleficium novo maleficio solvat; Hoc enim est intrinsece malum, adeoque &c. Communis.

70 Item graviter peccat, qui petit à Mago, seu Saga, aut ab alio, ut maleficium solvat, si sciat nonnisi per aliud maleficium dissolvi posse. Communis, per rationem mox adducendam.

71 Item graviter peccat, qui petit, seu jubet dissolutionem malefici, si dubitet, an solvi possit sine novo maleficio. Communis. Et ratio clara est, quia numquam licet petere, jubere, vel quomodolibet alterum inducere ad id, quod ab eo sine peccato fieri non potest, uti est maleficium alio maleficio solvere.

72 Immo neque id licet permittere quamvis Maleficus sese offerat non rogatus ad maleficium alio maleficio dissolvendum, Communis. Sic enim consentiendo esset concurrere ad intrinsece malum. Unde Apostolus ad Romanos 1. sic habet: Qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt faciendis.

73 Quando constat, quod Maleficus potest licito modo, absque novo maleficio prius maleficio dissolvere, licitum est petere, immo jubere ut solvat, quamvis suspicetur, seu creditur eum id facturum per novum maleficium. Communis, contra paucos. Et ratio est, quia cum habeam jus in tali casu petendi quod ab alio recte præstari potest, & est indifferens, imputabitur illius malitia, si id cum peccato faciat. Si constet, maleficium posse licito modo tolli absque novo Maleficio; ergo non suspicatur, nec creditur id tolli per aliud maleficium; aut si ita suspicatur, & credit, peccat, ut habetur num. 71.

74 Licitum est ad dissolvendum maleficium adhibere aliquid signum positivum contrarium maleficio ex pacto conditionato diaboli; dummodo illud signum de se sit honestum, vel indifferens, verbis gratia sit demum sit pactum cum Maleficio, ut tandiu duret maleficium, quamdiu Maleficus se cruce non signet, non confiteatur, non communicet, non lavet manus, & hujusmodi, licet tunc non tantum se cruce signare, confiteri, communicare, sed etiam manus lavare, & hujusmodi, non quidem intentione eo modo, vel signo aliquid efficiendi quod demonis in se, vel in alio, sed præcise intentione dissolvendi pactum diabolicum, ac impediendi signum magicum noxium, sique solvendi maleficium, quod vere licitum est, cum talis intentio sit bona, & medium ac signum sit licitum; Sic pluribus congestis Suarez 1. 1. de Relig. lib. 2. cap. 17. num. 19. Sanchez lib. 2. moral. cap. 41. num. 5. Lessius de Justit. & Jur. lib. 2. cap. 44. dub. 6. num. 45. Martin. Deltius disquisit. magic. lib. 2. cap. 2. sect. 1. quest. 2. Layman lib. 4. tract. 10. cap. 4. num. 9. Castropol. tract. 17. d. 1. par. 12. La Croix lib. 3. part. 11. num. 42. cum Busemb. & aliis ibi citatis, Sporer loc. cit. sect. 4. num. 41. Tamburin. lib. 2. cap. 6. §. 2. num. 13. & alii Recentiores passim. Unde Tamburin. loc. cit. num. 17. Sporer loc. cit. num. 42. La Croix l. cit. num. 42. & alii recte docent, non peccasse peccato superstitiosum quemdam lepidum rusticum, qui cum addisset demone pactum fecisse cum quodam senem avaro, ut nemo suus thesaurum terra defossus inveniret, & auferre posset, nisi qui supra locum bona pulve se reficeret, vinumque hilariter biberet, ibidem pultem comedit, vinumque bibit, & thesaurum invenit, ac abstulit.

75 Hinc docet Communis opinio, ut testatur praxis universalis, quod vere licitum sit sine novo maleficio tollere signa magica, verb. g. ligaturas, nodos, volumina capillorum, & alia hujusmodi, eo fine ut diabolus nocere desinat; & hoc tum in contemptum diaboli, atque magicæ superstitiosis, tum in odium facinoris, quo

Maleficus ea posuit, veluti tesseram sui pacti cum demone. Immo non tantum id licitum est, sed & meritum, ut recte docet Scotus in 4. dist. 34. q. unica dicens quod ridiculum sit querere: An liceat tollere maleficium intentione curandi maleficium: Non enim (inquit) solum licet, sed est meritum destruere opera diaboli.

Vere superstitiosus sunt denuntiandi; ut tamen eorum superstitio pariat omnes denuntiationis, duo requiruntur: Primo, ut adsit expressa, vel tacita demonia invocatio: Secundo, quod sit mortaliter peccaminosa; Lupus part. 3. lib. 15. art. 4. differ. 2. pag. 257. Felix Potestas 1. 2. p. 2. num. 234. & alii passim.

Præcipua remedia spiritalia adversus maleficia adhibenda decem passim à Doctoribus assignari solent I. Magna fides, & plena fiducia in Deum, ejusque diviniæ protectionem. II. Oratio præsertim conjuncta jejuniis, ut patet ex verbis Christi Matth. cap. 17. num. 20. ibi: Hoc autem demoniorum genus non efficitur, nisi per orationem, & jejuniis. III. Susceptio Baptismi, si quis nondum sit baptizatus. IV. Confessio Sacramentalis peccatorum, loquendo de baptizatis. V. Sumptio Sanctissimi Eucharistia Sacramenti. VI. Devota invocatio Sanctissimi Nominis Jesu, Beate Mariæ Virginis, Sancti Angelii Custodis, aliorumque Sanctorum. VII. Signum Sanctæ Crucis. VIII. Reliquiæ Sanctorum, Agnus Dei, Cerei Sacri, Panis, Sal, aliaque res ritæ ab Ecclesia benedictæ. IX. Aqua benedicta. X. Exorcismi ab Ecclesia ad id instituti, & approbati.

Pœnæ statuta contra Maleficos, Divinatores, aliosque similes Superstitiosos; sunt illæ assignatæ supra à num. 39. ad 42. contra Sortilegos, servata proportione, secundum majorem, vel minorem gravitatem delicti; Et advertendo, quod Deus Exodi 22. num. 8. sic expresse decrevit: Maleficos non patieris vivere, per Maleficos intelligens omnes habentes pactum (etiam tacitum) cum demone, ut recte notant Suarez de Religione. tom. 1. tract. 9. lib. 2. cap. 19. Gobat tom. 3. part. 4. de Superstitiosis num. 1040. & alii. Et Deuter. cap. 18. num. 10. cum seq. statuit gentes intere delendas esse propter superstitiosas expressas ibi. num. 10. & 11. inter quas sunt observatores somniorum, & augeres, alique similes superstitiosos. Item multæ sunt pœnæ decretæ contra ipsos in sacris canonibus apud Gratianum tota caus. 26. & in Codice Justiniani lib. 16. tit. 18. de Maleficiis, & Mathematicis, & ceteris similibus.

Judex competens Maleficiorum, Divinatorum, Sortilegorum, aliorumque superstitiosorum, si rei sint Ecclesiastici, est solus ecclesiasticus; si Laici, sed qui superstitiosi addiderint hæresim, est solus ecclesiasticus, ut per se clarum est; si autem Laici superstitiosi hæresim non addiderint, tunc etiam Laicus est Judex competens, & datur locus præventioni, cum crimen maleficii, seu superstitiosus sit mixti fori, ex quo contra ipsum non tantum in Jure canonico, sed etiam in civili statuta sint pœnæ, ut patet in Codice toto titulo de Maleficiis, & Mathematicis, & ceteris similibus; Sic Abbas in cap. 2. de Sortilegiis, Gregorius de Valencia tom. 3. disp. 3. part. 4. Gobat l. c. num. 1048. Deltius lib. 5. disquisit. Magic. & alii passim supra n. 43. & 44.

Confessarii suos Penitentes reos de aliqua superstitioe, divinatione, & magia, incantatione, maleficio, & hujusmodi, debent specialiter interrogare de sequentibus.

I. Quo fine tali superstitioso se addixerint, v. g. an ratione vehementis passionis, tristitiæ, vindictæ, luxuriæ, avaritiæ, aut sanctitatis nomen conciliandi, quæ sunt sacrilega hypoërisis.

II. De idololatria, an demonem loco Dei habuerint, eique obtulerint sacrificia, aut preces fuderint.

III. De apostasia, an Deo, B. Mariæ Virgini, Sanctis, vel Fidei Sacramentis renuntiaverint.

IV. De hæresi, an crediderint demone esse Deum, esse adorandum, non esse damnatum, eique adherentes non esse damnandos, seu alios articulos nostræ veræ Fidei abnegaverint.

V. De Blasphemiis in Deum, Christi Humanitatem, B. Mariam Virginem, & Sanctos.



VI. De Sacilegiis, an Sacra, & præsertim Eucharistiam profanaverint, aut iis indigne usi fuerint.

VII. De luxuria, & inefandissima commixtione cum demonibus incubis, vel succubis, ut solent lamæ, & striges.

VIII. De damnis proximo illatis, an segetibus, animalibus, hominibus, & præsertim infantibus, & spon- siones nocuerint per Maleficia, ligamina, incantationes, & hujusmodi.

81 Insuper Confessarii debent eos monere de infra- scriptis suis obligationibus.

I. Quod ipsi tenentur pactum expressum, si quod habent cum demone, aut commercium penitus statim dissolvere.

II. Comburare, aut Confessario consignare chiro- graphum, seu signum, si quod habent. Non est ta- men necesse, ut Malefici penitentes curent sibi à do- mone restitui tale chirographum, vel signum, si ipse habeat, quia per veram penitentiam sufficienter rece- dunt à pacto, illudque totaliter dissolvunt.

III. Libros suos, schedas, ligaturas, aliaque ins- trumenta superstitiosæ magicæ artis comburare, seu consignare Confessario.

IV. Omnia damna illata resarcire omni modo pos- sibili juxta regulas generales restitutionis ex damno dato; ad quod proinde etiam tenetur Fiscus (ubi Ve- neficorum bona confiscantur) uti & hæredes, si ad eos bona deveniant.

V. Excommunicationem in Bulla Cœnæ incurrisse, si suis superstitionibus formalem hæresim addiderint, ideoque non posse absolvi à Confessario non habente facultatem specialem absolventi ab hæresi. Secus vero si non fuerint formales Hæretici, vel Apostatæ, aut Idololatæ, juxta dicta supra num. 9.

82 Quoad ea, quæ concernunt astrologiam Judicia- riam; Vide verb. Astrologia, Astrologus per tot. ubi late de omnibus.

(Repete verb. Astrologia, & verb. Sors, inter alios titulos Corporum leges nostras continentium cum tit. 23. p. 7. : tres hic titulus amplectitur decisiones: duplicem esse divinationem, prima demonstrat: quæ per Astro- logiam fit, una, auguriorum est vero altera: permissa est illa, nam inter artes septem liberales numeratur; peritis in ea licet exercere: quidquid per eam exhibetur, juxta naturalem eorum procedit: astrorum scilicet Stellarum, Planetarum, &c. (verb. Mundus) conside- ratio viam arti similis aperit: à Ptolomeo, Alexandriæ Rege, multa fuere præcognita: dignus est non minori attentione Rex noster D. D. Alphonsus, Divi Ferdi- nandi filius, harumque legum Conditor; (Vid. verb. Blasphemia, glossamque hujus legis) species altera (ad minus exempla quatuordecim referuntur) interdicitur; lex 2. de necromantia, seu demonum incantatione pertradat: varii casus recensentur; Lex 3. præter quæ verb. Sors, notantur, permittit bona intentione incan- tationes fieri ex gr. ad demones à corpore ejectionis, habitandos conjuges coire propter ligamina nequeun- tes, nubes dissipandas ob quarum grandinem dam- num frugibus evenire poterit, ad locustam, bruchum- que extinguendum, & similia: tum equidem lex asse- rit, quemcumque ita procedentem plecti non deberi, immo præmio afficiendum: injusta hac de causa lex ista videtur: ceterum affirmari valebit tam justam hanc ju- dicari dispositionem, quam eam, quæ de marito, occide- nte uxorem, in fraganti cum adultero deprehensam, loquitur: (Vid. lit. H pag. 132. col. 2. prope med.) in utraque non potest quin actio injusta videatur, sed poena juris civilis supersedet: vel prædicta lex 3. est juxta AuGloris (sup. num. 73. 74. & 75.) doctrinam in-

Quamvis ad denotandum, quæ sub hujuscemodi superstitionis vitio comprehendantur, latè A. se ge- rat; præterquamquod similes artes exercitibus in regno habitare prohibetur, nec aliquis in domo sua eos poterit receptare, nec celare, utpotè in utroque est poena determinata, quæ supra inseritur; (1) idèd non est aliqd adiciendum.

(1) Vid. verb. Sors.

telligenda; de iisdem delictis tit. 3. lib. 8. Recop. Cass. ex leg. 5. agitur: Videatur lex 6. contrarium, ni fallor, determinans, eo quod actiones similes absolute, & absque distinctione vetantur, & plectuntur; Vide leg. 9. tit. 1. lib. 8. Ord. Reg.; olim per leg. 7. Recop. & 9. Ord. nihilominus Tribunal Sanctæ Inquisitionis esset in- stitutum, quia si D. Sixti IV. (Vid. verb. Inquisitionis Tribunal, ann. 1478. fuit erectum, nulli dubium, ann. 1500. hac lege promulgata) ecclesiasticis judici- bus, aut Secularibus juxta qualitatem delinquentium pu- nire similia delicta perpetrantes demandabatur; nihil hic est demorandum, cum hodie sit compertissimum, harum causarum cognitionem ad prædictum Sanctum tribunal spectare: edicta, quæ per istud quotannis pu- blicantur, si ea perlegeris, idem tibi demonstrabunt.)

SURRIPIENTES.

\*Surripientes, asportantes, aut apud se retinentes Hostias, vel Particulas consecratas, Curie seculari tradi debent puniendi; Benedic. XIV. tom. 1. const. 93. incip. Ab augustissimo §. 1.

Et si Ecclesiastici sint, sunt degradandi, & Curie a Seculari tradendi; Idem ibid.

Etiã per prima vice; etiam minores 25. annis, 3 dummodo vigesimum attigerint; Idem ibid.

Rejctis exceptionibus de non consecratione, aut de honesta intentione, nisi ab ipsis reus probentur; Idem ib. §. 4. & 5.\*

\*Insuper attendanda nunc est novissima Sanctio fe- liciter Regnantis S. P. Clementis XIII. in constit. incip. Gravissimum: in qua confirmatis Apostolicis constitu- tionibus contra surripientes, vel asportantes, aut apud se retinentes Sacras Hostias, vel Particulas consecra- tas, editis ab Innocentio VI. anno 1677. quarto Idus Martii, Pontificatus sui anno I. & ab Alexandro VIII. anno 1690. undecimo Kalendas Februarii, Pontificatus sui anno II. & a Benedic. XIV. anno 1743. tertio No- nas Martii, Pontificatus sui Anno IV. Decernitur, ut hu- jusmodi criminis Reis constitutis, sincera delicti Con- fessio facta in primo Generali Interrogatorio, nil suf- fragetur ad minuendam poenam traditionis brachio se- culari, in dictis constitutionibus insinuat.\*

SUSPECTA DE HÆRESI PROPOSITIO. Vide verb. Propositiones damnatæ num. 24.

SUSPENSIO.

ARTICULUS I.

Quoad ejus esse, & divisionem.

SUMMARIUM.

- 1. *Suspensio quid sit.*
- 2. *Suspensio dividitur in suspensionem ab officio, in sus- pensionem à beneficio, & in suspensionem ab offi- cio, & beneficio simul.*
- 3. *Suspensio ab officio que sit.*
- 4. *Suspensio à beneficio que sit.*
- 5. *Suspensio ab officio, & beneficio simul que sit.*
- 6. *Suspensio ab officio, & beneficio dividitur in tota- lem, & partialem.*
- 7. *Que sit dicta suspensio totalis.*
- 8. *Que sit partialis ab officio, & partialis à beneficio.*

Sus-

9. *Suspensio absolute, & sine ulla limitatione imposi- ta, si ex adjunctis colligi nequeat, an sit ab officio, vel beneficio, est censenda totalis, & ab utroque simul.*

10. *Suspensio alia est à Jure, & alia ab homine.*

11. *Suspensiones ab homine que sint.*

12. *Suspensiones à Jure que sint.*

13. *Addit. inseruntur, ad fin.*

**S**uspensio est censura ecclesiastica, qua Clericus pro- hibetur exercere aliquos actus ecclesiasticos, aliis sibi competentes; Est Communis.

2. Suspensio dividitur in suspensionem ab officio, in suspensionem à beneficio, & in suspensionem ab offi- cio, & beneficio simul.

3. Suspensio ab officio est, qua Clerico prohibetur exercitium suorum Ordinum, vel aliarum functionum ipsi ratione Ordinis competentium.

4. Suspensio à beneficio est, qua Clerico prohibetur percipere fructus sui beneficii ecclesiastici.

5. Suspensio ab officio, & beneficio simul est, qua Clerico prohibentur Jura utriusque, officii scilicet, & beneficii.

6. Suspensio ab officio, & beneficio dividitur in to- talem, & partialem.

7. Totalis est, qua Clericus ab omni prorsus officio ecclesiastico, vel à perceptione omnium omnino fruc- tum beneficiarum suspenditur; colligitur ex c. Tuarum, de privileg. & Clem. I. de decimis.

8. Partialis ab officio est, qua Clerico prohibetur ali- quis tantum sui officii actus, ut cum Sacerdos suspen- ditur solum à collatione Confessionum, vel Epis- copus solum à collatione Ordinum; isti enim possunt omnes alios actus sibi competentes ratione Ordinis exer- cere. Et partialis à beneficio est, qua Clericus ab ali- quo tantum parte fructuum beneficiarum suspenditur, ut à tertia, vel quarta parte illorum. Nec in una in- cluditur alia, & propter hoc suspensus ab officio de- terminate, non intelligitur suspensus à beneficio, ut colligitur ex cap. Tam literis 33. de testibus, & cap. Tuarum 11. de privileg.

9. Suspensio absolute, & sine ulla limitatione imposi- ta, si ex adjunctis colligi nequeat, an sit ab officio, vel beneficio, est censenda totalis, & ab utroque si- mul, quia propositio indefinita æquivaleret universali, nec apparet fundamentum, cur potius de officio, quam de beneficio debeat intelligi; si enim est intelligenda dispo- sitio cap. Cum bonæ 3. de etate, & qualitat. & Cle- ment. 1. §. Quibus, de priviil.

10. Suspensio alia est à Jure, & alia ab homine.

11. Suspensiones ab homine sunt, quæ imponuntur à Superiore ecclesiastico pro aliqua actione particulari, ut fiat, vel non fiat. Suspensiones à Jure sunt, quæ variis personis propter varia in Jure communi, & constitu- tionibus Apostolicis sunt impositæ, & sunt præcipue sequentes, distinctæ ad majorem commoditatem in di- versos articulos notatæ.

12. De suspensione ex informata conscientia agen- dum hic paucis est.

13. Suspensio hæc infligitur nullis præmissis monitioni- bus, adeoque non censura, sed poena est. Suspensio enim ubi est censura requirit omnino monitiones, & ubi est poena, eas minime requirit; Schmalzgrueb. in Decret. lib. 5. tit. 39. num. 30. Mayr. pariter in Decrer. lib. 5. tit. 39. num. 122. Hurtad. de censur. difficult. 18. num. 80. & seq. Blond. eodem tract. disp. 6. art. 2.

14. Potestas hæc suspendendi ex informata conscien- tia concessa est Episcopo à Concil. Trid. sess. 14. c. 2. de reform.

15. Questionis vero est, an Episcopus ex informata conscientia suspendere valeat tum ab ordine, tum à beneficio?

16. Fuerunt, qui tenuere, Episcopum ex informata conscientia suspendere dumtaxat posse ab ascensu ad Ordines, idque quia Concilium Tridentinum, ubi potes- tatem facit suspendendi ex informata conscientia, loquitur de suspensione ab ascensu ad Ordines.

FERRAR. BIBLIOTHECÆ TOM. VIII.

Nihilominus minus S. Cong. Conc. interpres refe- rente S. M. Benedic. XIV. de synod. dioces. lib. 12. cap. 8. §. 3. sensit, posse Episcopum suspendere & ab exercitio Ordinis jam suscepti; ea de ratione, quod verba illa quibus facultas Episcopo data est suspenden- di ex informata conscientia repetita intelligantur ubi sermo est de suspensione ab exercitio Ordinis suscepti. Innixi autem huic sententiæ dict. S. Congregationis 21 plures etiam existimant, posse Episcopum ex infor- mata conscientia suspendere à beneficio; idque quia ubi agitur de suspensione ab exercitio Ordinis suscepti, videtur simul agi de suspensione à beneficio, ut præ- seferunt verba illa: Aut qui à suis ordinibus, seu gra- dibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus.

Contra alii in ea sunt opinionis, ut Episcopus ex informata conscientia suspendere nec valeat ab exercitio beneficii. Confer Van-Kespen de censur. cap. 10. Alter. eodem tract. num. 2. disp. 14. cap. 1.

At dicta Sacra Congregatio sustinuit suspensionem, 23 quam Episcopus ex informata conscientia inflinxerat ab exercitio curæ in Sagonesi 25. Jun. 1685. Episcopus Sagonesis (sunt ipsissima verba) ex facultate sibi attri- buta decr. Conc. cap. 1. sess. 14. ex causis sibi notis Pa- rochum ab exercitio curæ suspendit; sed ille appellavit, & præcepto Episcopi contempto celebravit, & curam exercuit. Queritur an à dicta suspensione detur appellatio, ita ut Parochus, non obstante appellatione interposita, per exer- citium curæ effectus fuerit irregularis? Sacra Congr. Conc. censuit ab hujusmodi suspensione non dari appella- tionem, & Parochum, qui Sacramenta ut supra admi- nistravit, irregularitatem contraxisse.

Hæc vero resolutio aliquam difficultatem in eo pati videtur, quod contrahat irregularitatem, qui violat sus- pensionem hanc ex informata conscientia. Contrahitur enim irregularitas ex violatione suspensionis, quæ sit censura, non item ex violatione suspensionis, quæ sit poena, uti est suspensio ex informata conscientia.

Quidquid autem hujus rei sit, adhuc decium haud est, an Episcopus suspendere queat ex informata conscien- tia à Beneficio, sed solum decium est, posse suspen- dere ex informata conscientia ab exercitio Beneficii, quæ suspensio partialis est, nec fructibus privat.

Ad pleniorum vero hujus suspensionis ex informata conscientia notitiam, congruum est hic subnectere epis- tolam à dicta S. Congregatione datam ad Venetum Nunium.

Quandoquidem (sunt propria verba) experientia com- pertum est, Reos criminum perurumque ad evitandas pæ- nas, & Episcoporum correptiones, querelas & gravamina simulare. Hujusmodi itaque appellationes imposterum Amplitudo Tua omnino rejici mandabit, nec ullam inibi- tionem vigore appellationis relaxari permittet. Sed quoniam disciplina ecclesiastica ac stylo inaudum est, ut Ju- dex Superior, quamvis appellationes proprie dictas eorum, qui ab ordinario suo extrajudicialiter, & ex in- formata conscientia suspensi fuerint, recipere non possit, recursibus tamen aditum non præcludat, quo salva juris- dictione episcopali, ac discipline rigore caveatur, ne quis forte Episcopus potestate sua in Subditos sibi Eccle- siasticos abutatur; posthac Amplitudini Tue, ac Succes- soribus ejusmodi recursus excipere dumtaxat licebit, ser- vatis infrascriptis conditionibus, atque cautelis.

Primo: namque non ita facile locum illis dabit, sed congrua adhibita ratione, & circumspèctione, nec tunc aliis, quam cum vehementi suspicio subit, quod Ordina- rius auctoritate sua abusus sit, procedendo vilescit mo- do prædicto ad panam suspensionis, sine gravi causa adversus sacrorum canonum præscripta, & in anima propria pernicem.

Secundo: Recursus quamvis admisso, suspensi in statu, quo erant, permanent, illoque pendente Ordines à quibus suspensi fuerint, exercere nullatenus valeant.

Tertio: Recursus ita admisso, requiratur per literas ejusdem suspensi Ordinarium, ut irrogatæ suspensionis cau- sas aperire non gravetur, addita etiam promissione de ser- vando secreto, quatenus illud justitia exigat, aut christiana charitas suadeat.